

caelestis circum eundo explicat atque replicat secundum quamdam
 bram significationis ammonent nos quare illis dies in quibus lux creata
 spiritalis omnibus operibus dei p[er]sonam numeri p[er]fectionem praesentari
 potuerit atque in septimanam requiem di mane habet uesperam non habe
 re ut non hoc sit d[omi]no requieuisse in die septimo. Tamquam ipso die septimo
 egerit aet[er]ne quietem suam sed quod in conspectu angelorum suorum re
 quieuerit ab omnibus operibus suis quaesit non utique nisi in ipso
 qui factus non est id est ut creatura eius angelica quae cognoscendis om
 nibus operibus eius in ipso & illis tanquam dies cum uespera prae
 sentata est nihil post omnia ualde bona opera eius melius cognoscere
 quam illum ab omnibus in ipso requiescere nullo eorum egentem quos sit be
 ator. **EXPLICIT LIBER QUARTUS**

INCEPI LIBER QUINTVS

HIC EST LIBER CREATURA CAELI ET TERRAE CUIUS FAC
 tur est dies facti d[omi]ni caelum & terram & omne uiride. Antequam
 esset super terram & omne faenum antequam exortum esset non
 enim pluerat d[omi]ni super terram & homo non erat qui operaretur terram
 fons autem ascendebat de terra & irrigabat omnem faciem terra
 huius certe firmior fit illa sententia qua intelligitur unum diem
 fecit d[omi]n[us] unde iam illi ex uel septem dies unius huius repetitione
 numerari potuerunt. Quando quidem apertius sc[ri]ptura iam dicit
 concludens quodammodo cuncta quae ab initio usque ad hunc locum
 dixerat atque infert. hic est liber creaturae uel facturae caeli & terrae
 cum factus est dies. Neque enim quisque dicitur esse caelum & terram.
 hic ita commemorata sicut dictum erat antequam concluditur insinuatur
 dies. In principio fecit d[omi]ni caelum & terram illud enim si commodo intelle
 gitur ut aliquid d[omi]ni fecerit sine die priusquam faceret diem. Quarta
 ne relapsit accepit uo loco dixi quod dicitur putauit nulli interclu
 dens melius intellegendi licentiam. hinc autem hic est inquit liber